



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens quatuor Tractatus  
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine decimusquartus, de  
Iuramento, & Adiuratione. Secundus, de Voto. Tertius, & charior Authori,  
de statu Religioso. Quartus, de vitiis oppositis Religioni

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

An Prælatus regularis possit subditis præcipere quamcumque rem  
honestam, siue supra Regulam. punct. 4.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76572](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76572)

gulæ ordinis Prædicatorum, Minorum, & Societatis Iesu: illius transgressio ob votum obedientia nullam culpam inducit: quia illud votum non est de seruanda illa regula, sed de seruandis præceptis religiosis sive à iure, sive ab homine latiss. At regula, nullam in conscientia obligationem ad sui executionem inducentes præcepta non sunt. Ergo de illis non est votum obedientia, sic Suar. d. cap. 7. num. 13. Sanch. lib. 6. cap. 4. num. 11. Et 12. iuncto cap. 1. num. 2. Quapropter si in transgressione regulari honesto aliquo sine ducaris, virtutis actum exercabis, non vitii, quamvis non ita perfectum ac esset si te regulæ conformatus. Valsq. l. 1. tom. 2. disp. 18. c. 3. n. 16. Sanch. lib. 6. sum. cap. 4. n. 14. Laym. lib. 4. sum. tr. 1. c. 16. n. 7. Sua. t. 4. de relig. rr. 8. lib. 1. c. 5. n. 12. & est sententia D. Tho. 2. 2. q. 166. art. 9. Regulariter autem culpam veniale in transgressione cuiuslibet regulæ committit, cum quia non recte sine datur, sed ex ociositate, torpore, vel libidine, tum quia occasionem præbes religiosam disciplinam labefactandi, tradit. D. Thom. Suar. Valsq. Sanch. & Layman. locis al- legatis.

4. Verum esto violans regulas, nullam coram Deo culpam haberes: non obinde exculcari subire, nean transgredientibus imponatur. Quia hæc pena qua propria pena non est, sed quedam penalitas: non ob culpam mortalem, sed regularem imponit, ut bene dixit Sanch. d. c. 4. n. 13. Laym. c. 8. n. 8. Suar. t. 3. de relig. lib. 20. cap. 7. num. 16. Et 1. 4. de relig. tract. 8. lib. 1. cap. 2. num. 6. Neque est dubium telle Suar. loco allegato, te à superiori obligari posse in conscientia, & ex vi voti ad penam fustinendam; alias inefficax efficit gubernatio, & regula à meo consilio non distinguetur. De facto tamen & ex vi regulae credo te obligatum non esse in conscientia. Quia de omnibus regulis, & ordinationibus absque villa distinctione dictum est in ordine Prædicatorum & in religione Societatis 6. p. confit. cap. 5. ad nullam culpam obligari, nisi sub nomine Iesu Christi; vel in virtute obedientiae fecurantur. Ad subire penam ob transgressionem regulæ est quadam regula, & constitutio abolitur lata abiezione additione nomine Iesu Christi, vel virtutis obedientiae. Ergo illius omnis pro le peccatum non est, sic Suar. tom. 4. de rel. tract. 8. lib. 1. cap. 2. numer. 13. Sanch. & Layman. sup.

5. Restat solum difficultas de religioso, qui confundit invenit haberet transgrediendi regulas sub nulla culpa obligantes, vel obligantes ad venialem tantum; an sit in statu peccati mortalis? Ratio difficultatis est: quia confundito can formam culpam inducit, quia inducunt actus, ex quibus coalescit: quia ab ipsis non distinguuntur. At actus, ex quibus supradicta confundito coalescit, nullam culpam habent, vel tantum habent venialem: quia omnes illi sunt transgressiones regularum sub nulla culpa obligantium. Ergo neque confundito. Et contra assertus transgredi regulas carcer proposito firmo cas seruandi: ergo deficit à via perfectionis, quia assumptione religiosi status profectus. Ergo est in statu peccati mortalis. Deinde hac prava confunditio affectus non se vult subiungere regulæ, ergo illam contemnit, vt contemptus regulæ est mortale vt tentit D. Tho. 2. 2. q. 186. 4.9. & ibi Caiet. ergo, &c.

6. Nihilominus existimmo per se loquendo peccatum mortale non committere religiosum, qui carcer intentione seruandi regulas ad culpam mortalem non obligantes, illasque peccatum violare: si etto habebet expressam intentionem illas non seruandi: sic late docuit Suar. t. 4. de rel. tr. 8. lib. 1. c. 4. & num. 10. Ratio est quia non est propositum transgressionis difficultus obligationis sub mortali, cum omnes regulæ non excedant obligationem venialis culpæ. Neque item in hoc proposito est periculum mortale, & proximum transgrediendum aliquam regulam obligantem sub mortali, vt bene Suar. d. 4. n. 18. si quidem comparari potest cum illius obseruatione firma. Neque item inferatur te hac prava confunditio regulas propriæ contemneret: quies velles aliquam regulam violare, contendit illius illius contemptor, & peccata mortalis teus, quod falsissimum est. Requiritur ergo ad contemptum, vt regulam violas tanquam inutili timoiam, & nullius considerationis, vel tam violos animo determinato ad illis transgressionem non te penae sufficiunt, sed paleo resistendi. Seclusa ergo hac intentione nec propositum violandi regulas, neque illarum violatio contemptus formalis est, vt latius dixi tract. 2. disp. 2. pun. 9. §. 2. Nec denique ex hoc proposito, pravaque confunditio fit religiosum defensio à via perfectionis incepta in necessariis, qualia sunt obseruatione votorum, & præceptorum religiosi, tametsi deficit in accedentialibus, & leuem obligationem inducentibus. Neque enim sub graui culpa tenetur hic meius perfectionem procurare dummodo obseruatione votorum, & præceptorum religiosi illum procuret, vt latius prolequitur. Sanch. lib. 6. sum. 10. cap. 5.

7. Dixi per se non committere peccatum mortale religio-

Erd. à Castro Sum. Mor. Pars IIII.

sic passim regulas violantem: at per accidentem credo sepe peccatum mortale committere, nisi efficaciter proponat, & procurer illius præue conseruandis correctionem: contingit autem hoc peccatum cum religiosus aduerterit ex suo licentiose, & irregulari modo operandi gravi detrimentum & sibi, & religione fieri. Religioni cum in regulari obseruantia eo quod inde plures sumunt occasionem regulas passim violandi. Tum in utilitate, & fuctu, quem ex illo religioso sperabat percipere, qui suis prauis moribus se iniuritem reddit: sibi vero cum credit se probabili periculo exponi formalis contemptus, regularum transgressionis votorum, aut præceptorum, quod apertum est. Vel denique cum timerit probabiliter ob eam causam a religione esse periculum. Quia expulso gravi dampno est, leque ad eam vitandam professione obligavit: promisit enim te ita corriger, & mores componere, vt dignus es in eæta religiosorum vivere: sic docet alius relatius Sanch. lib. 6. sum. cap. 4. a. n. 18. usque ad 22. Laym. li. 4. sum. tr. 5. c. 8. n. 9. q. 2. concl. 4. cap. n. 13. q. vlt.

#### P V N C T V M . IV.

An prælatus regularis possit subditis præcipere quamcumque rem honestam, sive sit intra sive supra regulam.

#### S V M M A R I V M .

1. Proponitur dubitandi ratioc.
2. Resolutio quancumque rem honestam ex voto obedientia precipi non posse a prælati.
3. Satisfactio dubitandi.
4. Quis in regula continentius tacit, vel expreſſe, præcipere potest.
5. Expenduntur casus frequentiores, qui in regula tacitè continentur.
6. Missio ad Indos non continentur sub regula quancumque, bene eam sub regula Societatis Iesu.
7. De obligatione cum periculo vita, & qualiter imponi possit, ubi de curando infirmis contagio infidelis.
8. An obligari possit signare asperantes regula primitiva à Ponitice approbat, & proponitur difficultas.
9. Sub distinctione fit facta.
10. Communis sententia defendit regulam reformatam te obligatum esse servare.
11. Qualiter hac communis sententia vera sit.

1. V idetur posse prælatus quamlibet rem honestam præcipere suis subditis. Tum quia subdit omne suum voluntatem in prælati voluntarem transtulerunt. Tum quia profunditur perfectam Christi sequelam, de cuius ratione esse videatur, vt omnem suam voluntatem penitus abnegent, & sub superioris nutu constituantur. Tum denique quia in plurimum religionum regulæ est præscriptum, vt obedient religiosi prælati in omnibus iis, que euripidinem non apparent continere, vt dicunt in confit. Societas Iesu 3. p. c. 1. n. 21. Et 6. p. c. 1. n. 1. Ergo in his religionibus quaelibet honesta præcipi possunt cum sit obedientia secundum regulam.

2. Nihilominus dicendum est, nequaquam posse prælatum religiosis sibi subditis præcipere que sunt absolue extra regulam: sic pluribus fiantur Nauart. 2. 1. n. 19. Et 4. de Regul. n. 22. Valent. 2. 2. disp. 7. q. 3. p. 2. fine, Et disp. 10. q. 4. pun. 3. certa fin. Valsq. 1. 2. disp. 15. 4. c. 4. n. 21. Sanch. lib. 6. sum. c. 2. n. 19. Suar. t. 3. de relig. lib. 10. c. 2. n. 6. & est sententia expresa D. Bern. li. de præcepto, & dispensa. c. 7. & D. Tho. 2. 2. q. 104. art. 5. ad 3. Et in 2. disp. 44. q. 2. art. 3. Ratio est manifesta: quia superior nequit obligare suum præcepto religiosos, nisi secundum quod ipsi religiosi se illi obediendo tradiderunt; est enim haec subiectio voluntaria. At religiosi voto obedientia solum se tradidérunt obediendo in iis, que fuerint secundum regulam. Ergo haec sola præcipere prælatus poterit. Alias si quilibet honesta præcipere posset, potestatem habet obligandi te religiosum ad mutantum statum quod fallunt est.

3. Ex his solutiōnē ratio dubitandi. Non enim religiosus indiscernibiliter suam voluntatem in superioris voluntatem transtulit, sed luxa regulam, quam profulus est, neque sequela Christi aliud expostular. Fato tamē perfectissimam Christi sequelam & obedientiam exendi ad obedientium prælatos in his omnibus, quæ cum statu perfecto assumptione non repugnat: eaque de causa tripliēm obedientiam D. Thomas distinxit ex D. Benedicto in 2. diffin. 44. q. 2. art. 4. indiscretam, imperfectam, & perfectam. Indiscretam appellavit, quæ est de rebus illicitis: imperfectam, id est minus perfectam, quæ terminis regulæ continetur: perfectam vero, quæ nullis arcatur terminis. Hanc igitur obedientiam Societas Iesu, aliasque religiones consulunt, non præcipiunt.

S. 3. 4. Igne

4. Igitur solum præcipere potest superior quæ in regula obligante expressè, vel tacitè continentur; quia hæc omnia votum obediendi comprehendit. Taciti enim, & exprefsi idem iuri est, iuxta regulam expressa i. 6. ff. de regulis, iuris, & ibi glossa, & L. cum quid ff. si curiam petatur. Ila verò sub regula tacite comprehenduntur, quæ moraliter necessaria iudicantur ad ipsius regulæ exprefſe obferuationem, sic docuit D. Thom. in 2. diſp. 4.9. q.2. art. 3, & ibi Duran. 9.4.n.6. Sylvestr. verbo relig. 6. q. 6. Lettius b. 2. c. 41. dub. 9.n.77. Val. q. 1. diſp. 15.4. c. 4. n. 20. Sanchez. lib. 6. sum. c. 2. n. 9. Suar. t. 3. de rel lib. 10. a. 8. à n. 7. & 13. Quod si roges quæ iudicentur moraliter necessaria ad statutus aliumpli obferuationem; Relpondon non potie facili definiri, & præfensi arbitrio potius quam aliis regulis decidendum esse. Præsumptum tamen semper pro mandato superioris facienda est. Ex his deducitur qualiter religiosi tenentur obediēre prælato nouas austeritates indicenti. Si enim conſeruare sub regula, nec exprefſe, nec virtute eas austeritates conseruare (quod non est facile præsumendum) nullam obediendi obligationem habent. At si sub regula faltim virtualiter comprehenduntur, obligationem habent obediendi: sic relati Doctores.

5. Placet tamen aliquos casus expendere, ex quibus colligi alij possint: an sub reguli comprehendantur? Primo enim comprehendentur sub obedientia regula iusta punitio ob illius transgressionem: quia hae ad communem illius observantium necessaria est: alias passim regule violentiar, sic feret omnes doct. apud Stuar. tom. 3. de rel. lib. 10. cap. 8. num. 7. Lessius lib. 2. cap. 41. dub. 9. num. 77. Sanch. lib. 6. sum. cap. 2. num. 45.

Secundò, si ieiunium, reclusio, aliave penitentia iudicetur moraliter necessaria, fei valde conueniens, ut peccati lapsum cuites, vota, statuaque religionis exacte obleres, posset superior ad eius obseruantiam te præceptio obligare; quippe hac sub regula implicitè contineatur: sic alii relatis Suar. num. 8. Iesuſius & Sanch. *sap.* Quod optimè confirmatur statuto Bonif. VIII. cap. unic. de ſtia Regul. renouato per Trid. fess. 5. cap. 5. de Regul. perpetuam clauſuram monialibus, tametsi eam professe non finit, indiſcente: quia ad obseruantiam caritatis promissa iudicata est clauſura perpetua moraliter necessaria.

Tertio sub regula est indictio aliquorum ieiuniorum, aliarumque penitentiarum ob publicam necessitatem. Si enim Episcopus ob hanc causam haec praepucere potest ius subditus, cur non praetulus regularis suis religiosis, cum in illos non locum potestet iuridictionis, sed dominicatum, & ex voto habeat? praepucere cum haec ad rectam illius status gubernationem conducent, & ita docet Ieslaus, & Sanch. *sprá*, Layman. *lib. 4. tratt. 5. cap. 8. qua<sup>ta</sup>. 4. in fine.* Hac certa; at dubia sunt, & à doctioribus controversa.

6. Primum; an sub regula comprehendantur missio ad Iudas, & infideles ad eos conseruendos, vel missio ad terram hereticorum ad eos reducendos? Affirmant aliqui de omniis religionibus, quarum institutum est, non solum propria, sed ~~alijs~~ proximorum incumbere; quippe ad hunc finem consequendum valde necessaria est haec missio. Præterea, infideles, & heretici in maiori sunt necessitate constituti, quam fideles, & catholici, ergo religiosi obligari ex instituto procurare proximorum salutem, efficacius obligari sunt infidelibus, & hereticis, quam reliquis. Et ita supponere, videte Sotus lib. 7, de infraq[ua]d. 2. art. 4. in fine cor. Nihilominus dicendum est, ex solo illo fine generali procurandi proximorum salutem non tatis probabit ubi reguli illarum religiosum contineri missione ad Iudos, taliquoque infideles, & hereticos; quippe haec missio, hotumque conuersio, est Ecclesiæ valde necessaria sit, difficultissima est, multisque periculis, tum animæ, tum corporis expedita, ad que subeundam nemus est præsumendum obligatus ex generali promissione procurandi proximorum salutem, sed necessario requiritur specialis, & expressa obligatio: sic docuit Cordub. in exp[er]t. reg. D. Francisci, cap. 10. ¶ 12. quaef. 2. Man. Rodri. quæ regul. tom. 3. quaef. 19. art. 7. 2. cap. 2. tom. sum. cap. 9. num. 5. Ludovic. Lopez 1. part. instruct. cap. 56. veri. cap. an prelati. Lessius lib. 2. cap. 41. dub. 9. num. 77. Sanchez lib. 6. sum. cap. 2. num. 47. Stuar. tom. 4. de relig. tradit. 10. lib. 8. cap. 4. a. num. 22.

Noranter dixi missionem ad Indos, & infideles conuertendos, & inter eos habitandum non confineri sub regula obligantia, quia alter dicendum est, si in corum terris aliquis conuentus ordinis esset aedificatus, posset inquam illius praefatus religiose illius mittere, ibidemque ad habitandum compellere? quia non compellet ad habitacionem suæ professionis alienam sed maxime propriam, & debitam, vi conferuari possit, vi bene norantur Suat. d. lib.6. cap.4.m.22. ex Nauart. com.4. de Regular. m.22.

Religio vero Societatis Iesu non solum qui professi sint  
quatuor votorum, sed omnes alij tametsi solis biennij votis  
altriici miti possunt ad Indos, & Saracenos conuer-

tendos, & inter eos commorandum, etiam nulli domum vel collegium Societatis ibi adficariunt sit; quia finis Societatis cuiilibet religioso propositus est peragare omnes mundi partes; ubi peratur maius Dei obsequium & proximum salutis, eaque de causa dicitur 9. part. conf. cap. 3. §. 9. Miserere poterit (licet Generalis Protopositus) omnes filii subditos sive professionem emiserint, sive non emicent, quos mittendos iudicauerit, ad quibus mundi partes (id est, ut in declarationibus sufficiunt) inter fideles in Indici, & inter infideles, ubi sunt aliqui incole Christiani, & etiam si nulli sint ad quodvis tempus vel definitum, vel iudeuenit. Ad quamvis actionem ex iis, quibus vi ad proximum auxilium Societas solet, exercendam. Sic docit Rihbadeneyra de Societatis instituto, cap. 20. Sanchez lib. 8. num. cap. 2. num. 47. Suar. tom. 4. de relig. trah. 10. lib. 4. cap. 11. num. 17. Adiutoranda tamen sunt illa verba constitutionis ad quamvis actionem ex iis, quibus vi ad proximorum auxilium Societas solet exercendam. In quibus tacite declarorum ad alias actiones, quas Societas exercere non solet in proximorum auxilium non posse Generalem mittere ex obligatione Societatis religiosos. Vnde non potest ex vi voluntate obligare religiosos ut cauda testimoniū capiūt, legationis facienda, & negotio aliquius tractandi commodum temporale reipublice spectant̄ illic proficiuntur, vt recte norant Suarz. tom. 4. de religion. libro 4. capit. 12. numero 11. cap. 18.

7. Secundò dubitatur de obligatione cum periculo vita: an possit à superiori imponi? Et quidem si ex actione illa periculosa bonum commune religionis penderet, non dubito à superiori praeципi posse: si enim principes ob bonum temporale recipublice potest subditos bonis ad bellum, & navigationem periculosa obligare, cur non poterit præstatu regulari subi subditos ob bonum totius fæc religionis eam obligationem imponere? potest vitio, & in traditur relatio Caeteran. 3. tom. opusc. tract. 9. q. 9. communis tentia in 1. 2. quæst. 96. art. 4. Suarez tom. 4. de relig. tract. 10. lib. 2. cap. 9. num. 29.

Ex qua doctrina deducitur, qualiter possit obligari al-  
fistere infirmis peste infectis, si enim infirmi sunt fates  
ciuidatum religionis, compelli abusque dubio potes: quia ad  
conferuationem, & bonum regimur religionis pertinet reli-  
gioiosus mutua sibi obsequia praestare, & in necessariis  
succurrere, & ita docet Suarez tom. 4, de relig. trah. 5,  
libro 2, cap. 9, numer. 19. Man. Rodrig. quaq. regul. tom. 1,  
quaq. iii. artic. 3. Sanchez lib. 6, summ. cap. 1, num. 4.  
Consideranda tamen est in hac parte conditio infirmo-  
rum, & inferniuum, praecipere enim viris delicatis,  
vel speciali scientia, & virtute pollentibus, & religione  
proficiunt, ut infirmis carentibus supradictis doribus in-  
leriuimus, cum fini alij, per quos illud officium exerceat  
possit, rationi diffinsum est, & bono communii reli-  
gionis aduersum; ac proinde obligare non potest id man-  
dandum, sic Man. Rodrig. dicit, quaq. iii. artic. vi. Sanchez  
num. 57.

Si vero infirmi exteris sunt, regulariter non teneris eum ex vita discrimine nisi cibaria sufficiatis a qui ex pracepto Charitatis non obligatis efficacius, quam ali clerici seculares. Ex voto autem, & professione religiosis non obligaris, si religionem professum sum monachum, seu spectantem ex instituto propriam tantum salutem, ut dixit Man. dict. artic. 3. Sanchez num. 59. At si professus sis religionem mendicantem, seu ex instituto proximorum spectantem, solum videoe obligatus, cum virga proximorum spiritualis salus est; eo quod non ad eas parochius, neque alius clericus cuius mentece ab Episcopo conductus qui eis possit, & velut sacramenta nimirum, hoc enim teste Sanchez num. 62. prius tentandum est, quam tibi obligatio imponatur, quia solum in subdictione parochorum, & aliorum clericorum obligari. At ob medicinas, & cibaria ministrandis non videtur obligari posse: quia tua religiosis finis non est proximorum temporalium salutum, sed spirituali incumbere, & ita docuit Arnilla verbo obedientia num. 5. & Tabiena ibi, quæst. 7, num. 6. Adde non carere probabilitatem quod ne necessitatem spiritualium te obligari posse, quia esto ex instituto habeas esse coadiutorem Episcoporum, & parochorum in spirituali proximorum salute, id debet intelligi secundum charitatis ordinem, ex cuius obligatione non teneris proximum salutem considerare stante tua vita periculo. Sic Nauarr. summ. cap. 24. num. 11. Caieran. 2. 2. quæst. 6. artic. 5. ad fin. Bann. quæst. 33. artic. 3. dub. 4. Ceterum tamen existimatim, si aliquando bono nomine religiosis nobilitates expedire religiosum pepte infecti affilii posse, & debet praetulsum sibi subdictione obligari ad id minus obviandum, neque religiosum cuiuscumque ostendat ut obedire: quia tam praetulus, quam subdicitus obligatur.

obligantur bono communi religionis consilere, colligitur manifeste ex Suar. tom. 4. de relig. tractat. 8. lib. 2. caput. 9. num. 29.

8. Tertio dubitatur; an obligari possit sustinere asperitates regulæ primitivæ à fundatore institute, à Pontifice approbatæ tamen si decursus temporis relaxata sit: Videris; posse obligari; quia vices obedientia. Secundum regulam, quod intelligi debet de regulâ legitima, non de regula malitia: religiolorum corrupta, principi cum religiis non videtur potuisse suis transgressionibus efficaciam regulæ derogare; quippe illæ transgressiones votorum paupertatis, castitatis, seu obedientie violations sunt. At actibus iuri naturali, & diuino contraria introduci non potest consuetudo, quæ regulam derogerat.

9. In hac re distinctione viendum est: Aliæ sunt austeriorates à regula primum prescripta, quæ tamen sub votis acti non continentur. Aliæ quo ab ipso religionis exordio continentur. Ad observationem austerioratum, quæ sub votis nunquam fuerint contentæ, obligari non potes, si decursus temporis, & confusitudine longæa derogata sunt. Posse autem aduersus regulam, & legem has austeriorates indicent, praescibi constat ex his, quæ diximus, tractat. 3. de legiis de confess. ibi enim probanimus aduersus qualibet legem Ecclesiasticam prævalere consuetudinem posse. Lex autem illa statuens has austeriorates pro maiori religiosi status obseruatione Ecclesiastica est. Ergo potuit derogari consuetudine. At sic derogari nec lex est, nec regulæ, ergo votum obedientia secundum regulam illas austeriorates non comprehendit, & ita docet Nauarr. capit. 12. numer. 50. Lud. Lop. 1. p. instruc. capit. 4. verificul. non ex eiusdatur. Suar. tom. 3. de relig. lib. 10. tom. 2. numer. 18. Sanchez lib. 6. sum. capit. 2. numer. 26. & sequentibus. Verum si austeriorates, & regulæ obseruantur sub votis fuerint ab ipso institutore contentæ necessario debes factò voto eas obseruare; quia contra votum virpot obligacionem iure diuino, & naturali inducens, nulla confundendo prævaler. Sicut Nauart. Sanchez, & Suar. suprad. Hoc autem procedit, dum virger præceptum, & lex statuens sub votis religiolorum eas obseruantias comprehendit; at quia hæc comprehensio iuris est Ecclesiastici non diuinæ, consuetudine derogari potest. Quia derogari posita vota denuo facta eas obseruantias non comprehendunt. Ex his dissoluta manet dubitatio ratio. Nego enim votum obedientia semper fieri secundum rigorem regulæ à fundatore instituta & in principio approbatæ, sed fieri secundum quod confusitudine legitime prescripsa mitigata est. Consuetudo autem mitigare, & derogare potest regulam, quatenus talis est; tametsi quatenus est sub voto comprehensa derogari non possit.

19. Quartu[m] dubitabilis de regula reformata, & in pristinum statu refutata à Praelato cum generali capitulo; antea ex vi professionis ante reformationem factæ eam obseruare. Nam ex professione post reformationem nemini est dubium. Communis sententia affluit, quia illa non est noua austerioritas, sed antiquæ debita restituio. Item religionis prælato cum capitulo generali concilium est posse religionem collapsam erigere, & constitutionibus deno editiis reparare, ne penitus pereat, sed hoc efficaciter praescire non potest, nisi simul possit sibi subdolos ad eam obseruantiam mouere. Ergo dicendum est facta reformatione omnes obligatos esse. Sic docuit Felic. capit. cum omnes numeris, de confit. Abbas capit. super auersus sculo austeriorum numero 6. de Regulari. Silvestr. verbo religio 6. quæstion. 6. Azor. tom. prim. institution. moral. lib. 23. capit. 11. quæstion. 17. & Gab. Valsq. 1. 2. disputation. 154. capit. 4. numero 15. & sequentibus pluribus relatis Sanchez lib. 6. sum. capit. 1. numer. 35. Suar. tom. 3. de rel. lib. 10. capit. 7. numer. 19. Layman. lib. 4. sum. tract. 5. cap. 9. quæst. 4.

11. Hæc sententia eo tantum casu vera est, quo reformatio indicatur maximè expedita, seu moraliter necessaria ad conseruationem religionis assumptam in statu mitigationis, per legitimam confuerudinem introductam, sic colligitur ex supra relatis doctoribus. Ratio est; quia ex voto solum potes obligari ad obseruandam regulam quatenus viget, non quatenus abolita est; & deinde obligari tantum potes ad obseruanda quæ necessaria fuerint ad illius secundum statuum assumptum conseruationem virpot tactè, & in virtute sub regulæ comprehensa, non tamè ad statuta, quæ moraliter necessaria non sunt ad regulæ mitigatione conseruationem, nemquæ sub tuo voto, nec expriſe, nec tacite continetur. Alias posset ad nouam religionem obligari. Quod si roges, quando indicabitur reformatio moraliter necessaria ad religionis assumptam conseruationem? Optimè responder Layman. lib. 4. sum. tract. 5. cap. 9. quæst. 4. co. 2. inquit enim,

Tunc reformatio regulæ necessaria videri debet ad regulæ ordinis conferuacionem, si cum præsente obseruatione paucissimi ad perfectionem religiosam pertenuente studiant, si cum scandalo & querela secularium vivant. vt expedire omnino religionem dissoluit, quam ita continuari, si neque officia votu v. g. que ad paupertatem religiosam spectant, communiter obseruentur.

## P V N C T V M V.

An possis obligari ad relinquendam subiectionem debitat in statu assumpto.

## S V M M A R I V M.

1. Ex voto nunquam potes obligari ad relinquendam statum matrimonio assumpto.
2. Neque etiam obligari potes ex voto religiosa obedientia communiter facta Episcopatum acceptare; bene tamen alio capite.
3. Ad acceptandum beneficium faculare, vel alterius Ordinis obligari non potes; bene tamen ad acceptandum beneficium tui Ordinis.
4. Non potes obligari ad transiit alterius Religionis.

1. Dabitam subiectionem relinquere potes legitimo matrimonio contracto, assumptione ad Episcopatum vel beneficium curatum, & per ingressum alterius Religionis. Regula ergo certissima est, nullo modo posse voto obedientiae obligari ad debitam subiectionem relinquendam i. quia non potest votum sibi esse contrarium, ex illo enim subieceris Religioni. Ergo ex illo à Religione liber esse non potes. Quod amplius explicatur expendendo modos, quibus debita subiectione relinquatur. Et primo ad statum matrimonij constat ex professione Religionis te obligari non posse; si quidem professione Religionis supradicta statui renuncias. Quare si in aliquo casu rarissimo ad contrahendum matrimonium obligari posset, ea obligatio non ex potestate à voto accepta, sed aliunde provenire debet: Sic omnes Doctores.

Deinde ex vi voti non potes obligari ad Episcopatum assumendum; quia eo assumptio manus liber ab obedientia regulari c. 1. 18. q. 1. cui votum te subiecit. Ergo ex illo non potes ab obedientia regulari libertatem consequi. Et confirmo. Votum obedientia est secundum regulam Episcopatus est extra regulam. Ergo ad illius acceptationem votum non extenditur. Addi Episcopatum non refertur ad bonum Religionis, & Religionis, sed ad bonum commune Ecclesie, cui prouidere non est Praelati regulari, & ita tradit Leffius lib. 2. de iustit. cap. 51. dub. 9. n. 76. Suar. tom. 3. de Relig. lib. 10. cap. 10. n. 21. Sanchez lib. 6. sum. cap. 2. n. 49. Verum est hoc ita sit, potest Pontifex te in Episcopatum assumere, quoties id Ecclesie expedire iudicauerit non ex vi voti obedientiae, sed ex iurisdictione, quam habet in totam Ecclesiam, cui eius cura, & regimenter concecum est, ut pluribus relatis firmat Suarez dicto cap. 10. num. 19. Sanchez. num. 49.

2. Maior difficultas estjan ex vi voti obligatus sis non confitent Episcopatus absque licentia tui Praelati: Ratio difficultatis est; quia in cap. Religiosus de electione in 6. iuritus declaratur confensus abque tui Praelati licentia ibi, & confensus non tenet. Nihilominus ex vi illius textus non concingitur, te obligari esse ex vi voti ad non praestandum confessum abque superioris licentia; qui confensus abque superioris licentia prohibetur, & irritat, potest iure Ecclesiastico, vt de facto prohibetur, & irritatur, abque eo quod ex voto villa sit prohibito, aut irritatio. Addi Episcoparum statum esse Religione perfectiorum, nullus modo dispositioni regularis Praelati subiectum. Ergo ex vi voti regularis obedientia non prohibetur sius electioni tuum confessum præstare. Verum est hoc ita si negari non potest, te potuisse voto obedientiae ad id obligari; cum sit res honesta, & iuri communi conformis, vt docet Suarez. 3. de Relig. lib. 10. c. 10. n. 14. Aduertere ramen debes, solum confessum in electionem absque Praelati licentia tibi esse prohibitum; quia Texrus in cap. si Religiosus tantum de electione loquitur, non de collatione, & presentatione. Unde confessus in hac prouisione nec est nullus, nec videatur prohibitus: tradit Suarez. dicto cap. 10. n. 16. & 17. Deinde loquitur texsus non de cuiusvis beneficij electione, sed Praelatura, quæ non est beneficium curatum, nec simplex; poteris ergo haec inconsulto Praelato acceptare, si in ea prouidearis a potente conferre.

3. De obligatione vero accepidi beneficium curatum, aut simplex, sub distinctione respondendum est: si beneficium seculariter sit, non potes ab illo Praelato regulari etiam supremo, quatenus talis est, obligari, quia illa beneficia non pertinent ad regulam; cum te extra regulam, obseruantiamque

§ 4 regis